


$\pi$  k  
3894





B.  
L  
P  
A  
PC  
A  
F



B. N. II 348.

f. 68, 5.

Q. D. B. V.



PIETATEM  
AC IVSTITIAM  
REMEDIORVM

CONTRA

INIVRIAS

SOLEMNI DISPVTATIONE

PRO OBTINENDIS SVMMIS IVRIS-  
CONSVLTI HONORIBVS

PRAESIDENTE

AVGVSTINO LEYSERO

POTENTISS. PRINCIP. POLON. ET ELECT. SAX.  
A CONSILIIIS AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII  
ECCLESIASTICI DIRECTORE ET ORDINIS  
IVRIDICI ORDINARIO

PVBlice

XIV KALENDIS OCTOBRIBVS ANNI c<sup>o</sup> Id<sup>o</sup> cc XXXIII  
HORIS MATV TINIS ET POSTMERIDIANIS

E CATHEDRA MAIORE

TVEBITVR

FRIDERICVS OTTO MENCKENIVS

LIPSIENSIS

BONARVM ARTIVM MAGISTER.

WITTEMBERGAE. EX OFFICINA EICHSFELDIANA.

15.

REMEDIORVM  
AC IUSTITIAM  
PRTATEM

CONTRA

INVIARIAS

SOLENNI DISPUTATIONE

PRO ORDINANDIS SVMMIS IVRIS  
CONSULTI HONORIBVS

PRÆSIDENTE

AVGVSTI LEYSERO



POTENTISS. PRINC. ET ELECT. SAX.  
A CONSILII AVGVSTI LEYSERO  
ECCLESIASTICI ORDE ET ORDINIS  
IVRIDICI ORDINARIO

PUBLICÆ

IV KALENDIS OCTOBRIBVS ANNI MDCCCLXXIII  
HORIS MATVTERNIS ET POSTMERIDIANIS

E CATHEDRA MAIORE

TVERTIV

FREDERICVS OTTO MENCCKENIVS  
LEIPZENSIS

BONARVM ARTIVM MAGISTER

EX OFFICINA FICHTERLEIANA



V I R O  
ILLVSTRI, MAGNIFICO, EXCELLEN-  
TISSIMO, CONSVLTISSIMOQVE,  
D O M I N O  
GODOFR. LVDOVICO  
MENCKEN,

JCto,

SERENISSIMI PRINCIPIS REGII ET ELECTO-  
RIS SAXONIAE IN SVMMO PROVOCATIONVM SE-  
NATV CONSILIARIO, ATQVE PANDECT. PROFESS.  
PVBL. CVRIAE PROVINCIALIS, SCABINATVS, CON-  
SISTORII ECCLESIASTICI, ET FACVLT. IVRID.  
NEC NON IVDICII DVCALIS IN MARCHIONATV  
LVSAT. INFERIORIS ASSESSORI, ITEMQVE  
ORDINIS IVRIDICI SENIORI,

PATRONO ET AGNATO  
RELIGIOSE VENERANDO,

MENCKENIANAE GENTIS SVMMO PRAESIDIO  
AC FIRMAMENTO,

SPECIMEN HOC INAUGVRALE,

NON NISI ANIMO DANTIS AESTIMANDVM,

LEVE, INCOMTVM,


ET COMMENDATIONIS NIHIL HABENS,

PIETATIS ET OBSERVANTIAE ERGO

DEDICATVM SACRATVMQVE ESSE

IVBET

PATRONE ET AGNATO  
RELIGIOSE VENERANDO,  
FRIDERICVS OTTO MENCKENIVS.



## SVMMA CAPITA.

- I. Actiones & delationes iniuriarum, quae ex ulciscendi animo proficiscuntur, iniustae, atque ab ipsis idolorum cultoribus, qui tolerantia sua patientiam Christianorum fere superarunt, improbatæ sunt.
- II. Sola ultio iniuriarum damnatur, non etiam uindicta, inter quae duo multum interest.
- III. Actiones & delationes iniuriarum, si ulciscendi animus desit, non permittuntur saltem, ac cum præcepto Christi & apostolorum conciliantur, sed præcipiuntur etiam, atque hi, qui eas negligunt, obiurgantur.
- IV. Indulgentia magistratuum in iniuriantes maximorum malorum causa est.
- V. Magistratus & procuratores fisci iniurias priuatas ex officio, inuita quamuis utraque parte, persequi debent, priuatam tamen satisfactionem urgere nequeunt.
- VI. Idem in Saxonia olim obtinuit, sed hodie quodammodo mutatum fuit.
- VII. Interest reipublicae, ne iniuriæ & alia crimina mollius puniantur.
- VIII.

- VIII. Eruditorum uividae inter se disputationes, & iudicia sal-  
fiora ac scripta aculeata tolerari, nec tanquam iniuriae uindi-  
cari debent; maledicentia tamen recte punitur.
- IX. Retorsiones iniuriarum meliores sunt & utiliores actioni-  
bus iniuriarum, atque etiam iudicialiter fieri possunt; sed  
in Saxonia nostra recte abolitae fuerunt.
- X. Delator iniuriarum liti se immiscere sumtusque ferre obli-  
gatus non est, tunc tamen, quando iudici idonea ad inqui-  
rendum argumenta non suppeditat, ad utrumque co-  
gitur.
- XI. Priuatae satisfactionis tres sunt gradus, reuocatio, depre-  
catio & declaratio, ad quarum priorem personae illustres &  
superiores in iniuriis atrocioribus aegre quidem, sed tamen a-  
liquando, compelluntur.
- XII. In deprecationibus iure communi procurator tam ex par-  
te actoris, quam rei, quin & scriptura aliquando, admittitur,  
sed in Saxonia rei praesentia desideratur.
- XIII. Liberi in parentes iniurii iure ueteris testamenti,  
quod in nouo repetitum, morte, sed apud nos mitius puni-  
untur, ac saltem, ut genibus nixi deprecentur, adigendi  
sunt.
- XIV. Reus reuocationem uel deprecationem detrectans carce-  
re, & si nec sic contumacia frangatur, durioribus remediis  
cogitur.

I. Fuerunt





# I.



Verunt semper ac sunt etiam nunc Jcti, qui actiones, item delationes seu denunciationes iniuriarum damnant penitus, atque iniustas sine exceptione uocant. Omitto antiquos, ac ex recentioribus HVBERVVM nomino, qui in *Proelect. ad π. de Iniuriis s. 1. Nusquam, inquit, iurisprudencia magis a philosophia, loquor etiam maxime de christiana, quam in uindicandis iniuriis, discrepat. Quae enim haec alio animo sperni iubet, illa seruo persequitur, & custodiendae paci in populo, qui non capit philosophiam, persequi debet.* Longius uero progreditur, quem ego HVBERO multum antepono, ac cum ZIEGLERO nostro aequo, BOEHMERVS, Hallensis, in dissertatione, quam iuuenis olim scripsit, deinde uero uir factus passim in libris suis allegauit probauitque, de *Iniustitia actionum iniuriarum, cap. 3. s. ult.* ubi sic ait:

A

Puro,

*Puto, actiones iniuriarum indoli christianismi, legibus diuinis, regulis philosophiae, praeceptis prudentiae, rectae rationi, ipsius philosophorum ethnicorum sententiis, praxi primitivae ecclesiae, & denique toti sacrae scripturae aduersari, omniaque argumenta, quae pro illis excusandis adduci solent, esse petita ex pseudo-sapientia & funesta persuasione vulgi.* Exsequitur haec deinde singula singulis capitibus elegantiter & docte, ut semper solet. Ego illi eatenus assentio, ut tolerantiam uirtutem esse credam, & actiones iniuriarum, quae huic tolerantiae aduersantur, & ad ultionem tendunt, penitus damnem. Agnosco etiam ueritatem eorum, quae BOEHMERVS in capitibus 7. & 8. ostendit, scilicet tolerantiam hanc non saltem ex Christi praeceptis hauriri, nec tantum christianorum institutis conuenire, sed actiones iniuriarum ut plurimum uerae quoque philosophiae aduersari, sapientium ac ethnicorum traditis & exemplis repugnare. Quin imo, si dicendum, quod res est, philosophi aliique ethnici cordatiores, solo rectae rationis lumine collustrati, tam luculenta patientiae in iniuriis specimina ediderunt, ut maiora a christiano exspectari non possint. Parum sunt illa, quae BOEHMERVS memorat, exempla. Pleraque eorum superbiam, non modestiam, sapiunt, aliqua etiam animum uindictae cupidum ac aegre se continentem, & saltem in uerba falsa erumpentem, manifeste produnt. Huc pertinet, quod Cato apud SENECAM *de Constantia cap. 14.* quum illi os percussum esset, nec uindicauit iniuriam, nec remisit, sed factum negauit; quod idem Cato apud SENECAM *lib. 3. de Ira cap. 38,* quum causam agenti in frontem mediam, quantum poterat,

rat,

rat, attracta pingui saliuā, inspuiſſet Lentulus, ille fa-  
 Etioſus & impotens, abſterſit faciem, & affirmabo, in-  
 quit, omnibus, Lentule, falli eos, qui te negant os  
 habere; quod Antifthenes, nescio apud quem au-  
 ctorem, (nam nec VALERIUS MAXIMUS, a BOEH-  
 MERO allegatus, nec DIOGENES LAERTIUS, qui  
 tamen copioſe de Antifthene agit, & omnia eius me-  
 morabilia dicta refert, nec HESYCHIVS, nec SVI-  
 DAS, nec STOBÆVS, quos omnes peruolutaui, id  
 habent,) maledicta ab aliquo paſſus: *Ego, ait, non cu-  
 ro, quia auditus lingua debet eſſe robuſtior, quum ſingulis ho-  
 minibus lingue ſint ſingulæ, ſed aures binæ, aliquatenus  
 tamen curo, quia eo me ipſo ſuperiorem facio, quum ſuperio-  
 ris perſonæ uſus, hoc pati, inferioris uero, facere; Gauderem  
 proinde, niſi urgente humanitate compaterer infelici; quod  
 Diogenes apud SENECAM lib. 3. de Ira cap. 38, quum  
 illi de ira maxime differenti adoleſcens proteruus in-  
 ſpuiſſet: Non quidem, inquit, irasco, ſed dubiro tamen,  
 an irasci oporteat.* Exilis his exemplis uirtus ineſt.  
 Maiora ac meliora adferri poſſunt. Demonax philo-  
 ſophus apud LVCIANVM in uita Demonactis tom. 2.  
 pag. 571, quum ei athleta quidam lapide caput percuf-  
 ſiſſet, ut ſanguis efflueret, adſtantibus, qui factum in-  
 dignati, illum, ut ad proconſulem iret, hortabantur;  
 nequaquam, reſpondit, ad proconſulem, quin multo  
 magis eamus ad medicum. Pericles, Athenienſis,  
 princeps ciuitatis, apud PLVTARCHVM in Vita Pe-  
 riclis ab homine impudentiſſimo conuitiis in loco pu-  
 blico per totum diem laceſſitus, ſilentio id pertulit, ac  
 interim negotia ſua peregit, ſub noctem uero tran-  
 quillus domum rediit, quumque maledicus ille eum

sequeretur, & per omnem uiam probra ingereret, nihil conturbatus, postquam ad ostium suum uenisset, & maximas tenebras animaduerneret, uni ex seruulis, ut inimicum hunc, accepto lumine, domum deduceret, praecepit. Bion Borysthenites apud **PLVTARCHVM** in *lib. quomodo quis suos in uirtute profectus sentire queat*, amicis suis & discipulis inculcauit, ut se tunc demum ueros in uirtute profectus fecisse crederent, si eadem animi tranquillitate conuitia, qua laudes & blanditias, audirent. Monachus quidam Mahometanus apud **SAADI** in *Arboreo Persico lib. 4. cap. 22*, cui homo temulentus caput chely, *mit ciner Geyge*, percusserat, uenit ad hunc altero die, oblatisque numis: fregisti, inquit, heri caput meum, ac chelyn tuam; sed caput quidem meum persanatum est, chelys uero tua sine numis reparari nequit. Quae dum confidero, uenit mihi in mentem, quod **WERNERVUS ROLEVINCKIUS** de *antiquorum Saxonum situ & moribus lib. 1. cap. ult.* dicit: *Prior aetas paganorum in moribus uirtutibus, quoad aliqua, longe praestantior fuit quibusdam christianis.* Sed tamen aetas nostra non profus ab hac maiorum uirtute degenerauit. Exstant etiam hodie egregia hominum, qui iniurias sibi illatas generose contempserunt, exempla, ex quibus unicuique magistratibus maxime imitandum proponam, auctore **GAYOT de PITAVAL** dans *la Bibliothéque des gens de cour pag. 232.* Mulier litem suam in senatu summo Gallico perdiderat, ac furore percita Seguerium, Galliarum cancellarium, conuitiis atrocissimis incessabat. Immotus uero Seguerius ad maritum mulierculae conuersus: tuane, inquit, haec uxor est? &, annuente

te illo: quam ego, ait, uicem tuam doleo! *Que je vous plains!*

## II.

Occurrendum nunc est iis, qui, dum praecedentes obseruationes nostras legunt, actiones & delationes iniuriarum penitus a nobis damnari, sibi persuadent. Errant, qui hoc credunt, & errant magis, qui ipsi eas damnant & e ciuitate bene constituta exterminant. Tantum abest, ut cum iis sentiamus, ut magis homines ad accusandas & deferendas iniurias obligari credamus, & qui id negligunt, officium suum negligere, ac in se & suos, & alios, & in ipsam rempublicam peccare existimemus. Damnamus accusationes & delationes iniuriarum, sed eas solas, quae ulciscendi causa fiunt. Hoc ergo explicari oportet. Explicabitur autem optime uerbis PUFENDORFFII, qui in libello de Officio hominis & ciuis cap. 6. §. 13. *Damnatur, inquit, naturali lege uindicta, quae nullum alium finem habet propositum, quam aegre facere illis, qui nos laeserunt, eorumque dolore nostrum animum satiare.* At, ais, iniuriarum persecutio semper ad uindictam tendit, *L. 7. §. 1. de Iniuriis, L. 2. §. 4. de Collat.* Ita est; sed non semper ad ultionem. Differunt nempe inter se uindicta & ultio, ut genus & species. Ultio nihil aliud intendit, quam ut animum dolore eius, a quo offensus sumus, pascat. Haec impia est semper, atque etiam a legum ciuiliu conditoribus damnatur in *L. 45. §. 4. Ad legem aquiliam.*

*Minuti*

*Semper & infirmi est animi exiguique uoluptas  
Vltio.*

Ergo, si casum supponas, ut iniuriae persecutio nullum alium fructum, quam improbam istam animi uoluptatem, sit adlatura, accusatorem uel delatorem a limine iudicii repelli oportet. Vindicta autem, etsi aliquando ultionem contineat, potest tamen etiam sine ea esse, atque saltem famam, & quietem priuatam, atque securitatem publicam persequi.

## III.

**T**ransibimus nunc ad reliquas uindictae species, quae scilicet non hoc intendunt, ut iis aegre fiat, qui nobis aegre fecerunt, sed ut existimatio nostra salua sit, ut impofterum a simili offensa tuti praestemur, ut familiae & posteris nostris nihil obiici queat, & ut securitas publica impunitate talium flagitiorum non turbetur. Qui, dum iniuriarum agunt, hoc spectant, non solum non peccant, sed peccant etiam, ac in se aliosque crudeles sunt, si non agunt. Obiicietur mihi forsân, istos uindictae fines ad curam & officium magistratum pertinere. Debebant utique pertinere. Et utinam magistratus officium suum hic facerent, atque iniurias, quae passim inferuntur, & magis solcite inquirerent, & seuerius punirent. At magistratum hac in parte negligentia aliquam lacesitis necessitatem, ut famae suae, ex communi hominum opinione laesae, quomocumque succurrant, &

& ex retorsione , uerberatione , singulari certamine , caede , assassinio remedium quaerant , imponit. Vide BAYLII *Dictionaire historique & critique art. ROHAN (Renée de) lit. B.* Plerique calumniatores scelus suum impune ferent , si hi , quos calumnia tangit , sileant. Oportet ergo hos queri , accusare , deferre , si famam suam uindicare uolunt. Hoc uero ut faciant , securitas & bonum publicum , nec non officii erga se ipsum ratio exigit. Frustra nobis obiicis , existimationem per iniurias uere non laedi. Laeditur utique , quum in opinione hominum consistat. Atque haec laesio , ni reparetur , non his solum , qui dignitate conspicui sunt , sed de infima plebe hominibus funesta esse potest. STRYKIVS in *notis ad Lauterbachium pag. 666* : *Sinistra* , inquit , *opinio tunc praecipue oritur , si speciale quoddam delictum alteri obiectum : Huius enim uindicationem si quis negligat , eiusdem delicti reus praesumitur ; Et hoc sensu uerum est uulgarum illud : Crudelis est , qui famam negligit. Inde etiam in inquisitionibus contra sagas pro indicio reputari solet , si foemina saepius ab aliis publice uenefica , eine Hexe , appellata fuerit , nec tamen de hoc apud iudicem querelam mouerit.* Exemplum aliud mente maio anni cdo lo cc XXXII. Illustri praefidi , ut ipse me docuit , ex praefectura Vitembergenfi adlatum est. Muliercula , lauando & nendo uictum quaerere solita , ac solertiae laudem adepta , destituitur subito ab his , qui ope eius hucusque usi fuerant. Fame confecta causam tantae calamitatis requirit , reperitque , aliam mulierculam , infensam sibi , monuisse eos , quorum domos huc usque frequentarat , cauerent sibi a furacissimis eius manibus. Obsecro nunc uos , patientiae christi-

christianae exactores asperrimi, quid consilii miserae dedissetis. Duae solum viae ei patebant; ut uel laesae existimationis reparationem per magistratum impetraret, uel inedia periret. Tertiam non uideo. Illa ergo priorem elegit, ac per aduersariam publice innocens declarata, famam ac uitae sustentationem sibi necessariam recuperauit. Quin aliquando silentium in conuitiis & calumniis religioni ipsi & ueritati graue damnum adferre posse, exemplo ostendit BAYLE in *Dictionaire art. BERTELIER lit. D. & F.* Superest, ut Christo & apostolis, qui uindictam omnem toties uetant, ac remittere iniurias, beneficiis complere inimicos, percutienti alteram etiam maxillam offerre iubent, *Roman. XII, 19, 20, 21, Matthaei V, 39, 40, 1 Corinth. IV, 12, Lucae VI, 27, 28, 29, 1 Petri III, 9,* respondeamus. Plerique ex his, qui id ante nos fecerunt, nodum hunc gordium secant magis, quam soluunt. Audiamus unum ex multis, BEYERVM nostrum, qui in programmate quodam, anno 1709 proposito, sic ait: *Nec multum negotii nobis facessent sacrarum literarum oracula, nostrae sententiae obiecta, ubi ob initio obseruandum, uel Seruatorem nostrum Apostolis plantandae ecclesiae destinatis multa eximiam perfectionem indicantia iniunxisset, & quaedam alias facile toleranda prohibuisse; uel uerba, prout iacent, non crude accipienda, sed certis conditionibus & circumstantiis temperanda, ne, ubi talia promiscue necessaria aut illicita dicimus, uitae ciuili rationem turbemus. Qualia praecepta si uniuersalem uiuendi regulam continerent, neque calceos, neque peram, neque panem aut edulia, uel binas uestes peregre abeunti secum ferre liceret, Marc. VI, uers. 8. seqq. Luc. X, uers. 4. Durior nobis haec respon-*



responsio uideatur, qui Christum & apostolos non  
*ὑπερβολικῶς*, sed uerissime, loqui credimus. Diuersa  
 itaque ratione incedimus, ac Christi uestigiis presse  
 insistentes, eos etiam, quos boni publici cura & pro-  
 priae salutis tuendae necessitas ad accusandum & de-  
 ferendum cogit, diligere tamen & beneficiis ornare ob-  
 trectatores suos, ac porro in se insultantes aequo ani-  
 mo ferre iubemus. Nec est, ut quis, consistere haec  
 simul non posse, dicat. Possunt utique. Si enim ma-  
 gistratus maleficos punire, miles in bello hostem rei-  
 publicae interficere, carnifex decretum ultimum sup-  
 plicium exsequi sine odio & animi acerbitate pos-  
 sunt, quidni priuati iniurias sibi illatas, ubi necessitas  
 id poscit, in iudicio persequi mente sedata & tran-  
 quilla poterunt. Trahi huc debet, quod Ateius Ca-  
 pito in TACITI *Annali III. cap. 70.* Tiberio praecipit; *len-  
 tus in suo dolore esset, reipublicae iniurias ne largiretur.*  
 Scilicet, si quis uel maxime in se ipsum & suos cru-  
 delis esse ac famam suam negligere uelit, tranquillitas  
 tamen reipublicae eum silere non sinit. Irae cor  
 ego saepe illis, qui a seruulis suis uel aliis compilati,  
 ex intempestiua misericordia impunitos dimittunt, ac  
 impunitate hac, ut porro in alios grassentur, inuitant.  
 Par uero & maior etiam est ratio iniuriarum, quam  
 furtorum, quum bonus quilibet malit existimationem  
 suam, quam patrimonium, aduersus improbos mu-  
 niri.

IV.

**D**ixi in praecedentibus, negligentiam & indulgentiam magistratuum in requirendis & puniendis

B

iniu-

iniuriis magnorum malorum, rixarum, uerberationum, uulnerationum, caedium & affatiniorem causam esse. Solus moeror, quem ex famae suae immi-  
 nutione concipiunt homines, ita eos saepe conficit,  
 ut contabescant, & praematura morte extinguantur;  
 cuius rei exemplum ipse recorder. Et, si antiquis  
 auctoribus credimus, fuerunt, quos dolor ex iniuri-  
 is aduersus se scriptis conceptus ad suspendium ad-  
 egit. De Bupallo & Anthermo, clarissimis sculptori-  
 bus, haec narrat *PLINIVS lib. 36. Natural. hist. cap. 5:*  
*Hipponasti notabilis foeditas uultus erat: quamobrem imagi-*  
*nem eius lasciuia locorum ii proposuere ridentium circulis.*  
*Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distin-*  
*xit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos com-*  
*pulisse.* Poliagram, in comoedia quadam iniuriosius tra-  
 ctatum, se ipsum strangulasse, *AELIANVS lib. 6. uariar.*  
*hist. cap. 8.* memorat. Archilochus poeta satyra qua-  
 dam uirulentissima Lycambem cum tribus filiabus ad  
 suspendium adiecit secundum *Anthologiam lib. 3. cap.*  
*25.* *MILTONVS*, notissimus regicidii Anglicani de-  
 fensor, in *defensione 2. pro populo Anglicano, pag. 11.* ne-  
 cem Salmasii, aduersarii sui, sibi imputari, suosque  
 nimis acriter strictos aculeos Salmasium repugnando  
 altius sibi infixisse, & recordatione amissae famae ac  
 existimationis, triennali tandem moestitia & animi ma-  
 gis aegritudine, quam morbo, confectum obiisse, uanif-  
 time gloriatur. Mala ista omnia auertunt magistratus,  
 si ex officio, de existimatione ciuium suorum solliciti,  
 iniurias perquirant & seuerè puniant.

V.

**E**quidem dubitatum fuit olim, liceretne magistratibus in iniuriis, tanquam delicto privato, officium interponere, & nemine agente, causam tractare, ac poenam infligere. Verum, si omnia probe considero, nulla genuina dubitandi ratio subest. Nam, quae ex natura delictorum privatorum desumitur, concidit facile. Iure Romano antiquissimo non potuisse magistratus poenam in delictis privatis decernere, fateor lubens. At hoc mutatum deinde a Romanis ipsis, ut ex *L. ult. de Iniuriis* aperte constat. Igitur, si ius Romanum spectas, sicut id ad nos peruenit corpore Iustiniano comprehensum, nullum in eo delictum simpliciter privatum est, uerum omnia privata crimina mixtam naturam habent, atque eatenus, quatenus privata sibi satisfieri uel aliquid adiudicari flagitat, privata manent, quatenus uero publicam poenam persequuntur, ad publica delicta quodammodo referuntur. Non opus itaque habuit *CARPZOVIVS*, in *Quaest. crim. §. n. 3.* iuri civili consuetudinem hodiernam opponere. Ea enim consuetudo hodierna cum iure civili amicissime conspirat. Id saltem praecipendum est magistratui, aut procuratori fisci, ne, dum ex officio agit, causae publicae fines transgrediatur atque priuatam immisceat. Poterit scilicet, quamuis priuatus non queratur, poena publica, non etiam reuocatio aut deprecatio peti uel decerni. Insigne exemplum habet *HVBERTVS* in *Praelect. ad tit. n. de Iniuriis §. 6.* *Hesselius Wringerus scriba secretarius in Barradeel, calumniatus erat D. Iohannem a Sande, Supremae Curiae*

B 2

Sena-

Senatorem, quod in quodam conuentu amicorum Quaestoris Bootsema, sui affinis, peculatus rei, conatus esset testem pecunia corrumpere non modica, decem millibus florenorum, quam enormem calumniam nullo modo probare poterat. Sandius ipse noluit agere, ne quid irascendo agnouisse uideretur; sed Procurator Generalis Wringerum accusauit, postulauitque inter alia, ut solemniter reuocare cogere: quod si unquam, maxime in ea causa fieri debuisset, sed iudicatum est, eius poenae exactionem ad officium Procuratoris Generalis non pertinere, sed a Sandio ipso petendam fuisse. Reus ob officio, quod habebat, remotus est, nihil ultra, cum expensis. Similiter ICTi Helmstadiensis mense februario anni c1o 1o cc XX responderunt: **Immassen wir auch des Anklägers Suchen, der entwichenen Grundmannin Satisfaction zu geben, vor unstatthafft halten, indem dergleichen Priuat-Sachen ad officium publicum des Raths Anwaltes nicht gehören, sondern von dem Belcidigten selbst getrieben werden müssen.** Quapropter quum saepe contingat, ut duo se mutuis iniuriis proscindant, ac deinde metu poenae mussitent ambo, nullusque eorum iudicis opem impleret, recte tamen iudex ex officio intercedit, atque ambos punit. Idem iudex, si, eum, qui olim actionem iniuriarum instituit, nunc tergiuersari, animaduertat, immiscere se ex officio, & iudicium, quantum id per aliquot annos quieuerit, continuare potest, partibus tamen, ut sibi mutuo satisfaciant, quum neutra id flagitat, imponere nequit. Et sic iudicauerunt ICTi Helmstadienses mense decembr. anni c1o 1o cc XV: **Das das am 23. Dec. 1710. cröffnete fol. 54. befindliche Urtheil, der eingewandten Leuterung**

terung und geführten Defension ungeachtet, zu bestätigen, auch die Wolfframmin alle durch solche Leuterung verursachte Unkosten zu bezahlen schuldig sey. Doch stehet einem jedem Theile frey, dem andern die gerichtliche Erklärung zu erlassen. V. R. W. Rat. Dec. Nachdem durch der Leuterantin und Deducentin Verschleiffungen die Sache so viele Jahre zurück gehalten, und die Einbohlung eines rechtlichen Erkenntnisses verhindert worden, so ist die Obrigkeit wohl befugt gewesen, da das Interesse fisci wegen der dictirten Straffe darzu kommt, auch ohne Anhalten einer Parthey die Endigung des Processus zu urgiren, und zu solchem Ende die Acten zu verschicken. Was nun die Sache selbst betrifft, so beschwehret sich die Wolfframmin darüber, daß wegen blosser Privat-Iniurien die Inquisition angestellt worden. Alldieweil aber der Obrigkeit Amt ist, auch in Privat-Delictis und Iniurien, wenn dadurch ein öffentliches Mergerniß gegeben wird, zu procediren, und die Verbrecher zu straffen, diessennach allhier, da die Partheyen auf öffentlicher Gasse bey starkem Zulauffe des Volcks mit vielem Geschrey einander crimina vorgeworffen, der Magistrat wider seine Pflicht gehandelt hätte, wenn er solches ungeahndet hingehen lassen, demnach haben wir keine Ursach gefunden, die dictirte Straffe zu lindern, und hat vielmehr die Wolfframmin, welche ohne satzfames gravamen geleutert, in die Unkosten verdammet werden müssen. Doch weil sie vorgiebt, daß sie sich mit ihrer Widersacherin bereits versöhnet, so haben wir die in dem Urthel enthaltene Erklärung angehen-

get. Non possum hic non commemorare prudentissimum diui AVGVSTI GVILELMI, Brunſuicensium ducis, rescriptum d. 9. Mart. anni 1724. datum: Lassen wir Euch zu Eurer Verhaltung hiermit wissen, daß, wenn ein Iniuriat den Iniurianten, ratione satisfactionis priuatae, nicht belangen will, sondern nur die ihm zugefügte uerbal- oder real- Iniurien der Obrigkeit zur Ahndung und Bestrafung anmeldet, ihr denselben zu keiner ordentlichen Iniurien- Klage, welche, wenn sie auf eine Priuat- Rache abziehet, mit den Regeln des Christenthums ohnedem incompatible ist, zu verweisen, sondern, da in der Landes- Ordnung auf Iniurien eine gewisse Straffe gesetzt, den Iniurianten, wenn er confessus, oder conuictus ist, ex officio darnach zu richten habet; Solte auch der Iniuriat mit dem Iniurianten wegen seines priuat intereffe sich vergleichen, stehet Euch ebenmäßig frey, dieselbe nichts destoweniger zur Straffe zu ziehen.

## VI.

Sed ista omnia iuris communis sunt, atque olim etiam in Saxonia nostra obtinuerunt. Nam, quod BOEHMERVS de Iniuria actionum iniuriarum §. 23. 24. in Saxonia iudicibus potestatem in caussis iniuriarum ex officio inquirendi ademptam credit, inde est, quod legem Saxoniam, quam male etiam allegat, non inspexit. Reperitur illa in der Resolution und Beledigung der Gebrechen vom Jahre 1612. tit. Justitiensachen §. 5. in Corpore Augusteo tom. I. pag. 174. Perlege modo integrum hunc §. & uidebis, iudicibus non adimi

adimi potestatem ex officio in caussis iniuriarum inquirendi, sed dari magis, atque id saltem praecipi, ne solemnes istas, sumptuosas ac ignominiosas inquisitiones facile decernant, neque eum, qui iniuriarum egit, uiam, quam semel elegit, relinquere, atque actionem suam in delationem mutare sinant. Quidquid sit, hodie etiam in Saxonia res extra dubium posita, atque in notissimo illo *mandato wider die Selbst-Rache*, §. 22 iudicibus facultas confirmata, caussas iniuriarum ex officio cognoscendi. Duo tamen nouiter ac contra ius commune in hoc mandato constituta sunt; primo, ut priuati imposterum iniuriarum plane non agere, sed saltem iniurias sibi factas magistratui deferre, eique uindictam suam permittere debeant; deinde, ut iudex, etiamsi ex officio procedat, simul tamen deprecationem, declarationem uel recantationem petenti delatori adiudicare teneatur.

## VII.

Porro reipublicae interest, ut hi, qui iniuriis alios adficiunt, non puniantur solum, sed & grauius puniantur. Mites poenae homines praefractos a delinquendo haud absterrent, sed obstinatiores reddunt, & aliquando ad delinquendum inuitant. Memorabile exemplum GELLIVS lib. 20. *Noctium Atticarum* cap. i. habet: *Quod dixi, uideri quaedam* (in legibus nempe XII. tabularum) *esse impendio molliora, nonne tibi quoque uideatur esse dilutum, quod ita de iniuria punienda scriptum est? Si iniuriam alteri faxit, uiginti quinque aeris poenae sunt. Quis enim erit tam inops, quem ab iniuria facien-*

*cien-*

cienda uiginti quinque asses deterreant? Itaque quum eam legem Quintus quoque Labeo uester in libris, quos ad duodecim tabulas conscripsit, non probaret, inquit, L. Neratius fuit egregie homo improbus, atque immani uecordia, is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suae palma uerberare. Eum seruus sequebatur, crumenam plenam assum portitans, & quemcunque depalmauerat, numerari statim secundum duodecim tabulas quinque & uiginti asses iubebat. Exstant etiam in Germania nostra passim antiqua huiusmodi leges, in uetere auri argentique penuriae laetae, quae hodie ad reprimendam hominum audaciam non sufficiunt. Vidi aliquando missa ex oppido Anhaltino acta, in quibus inquisitio ob percussum in officii expeditione, bey Besichtigung der Feuer-Städte, fuisse consulem decreta fuerat. Deprecabatur hanc reus, negabatque delictum inquisitione dignum esse, ex hac potissimum ratione; weil die Stadt-Statuta, daß, wer einen Bürgemeister in seinem Amte prügelt, 33 Thl. 8 gl. büßen solle, klar verordnetem. Idem fere Saxones, quamdiu apud eos certa multa, XXX nempe solidorum, in iniurias constituta fuit, experti sunt, ut Augustus elector Saxo eam multam in *Constit. 42 P. 4* abrogare necessum haberit. Sed tamen, & postquam poena iniuriarum arbitraria facta fuit, dum iudices permisso sibi arbitrio molliter nimis uterentur, parum profectum est. Animaduertit aliquando ex actis Ill. praeses, rusticum, quem a rixa & conuitio alii dehortabantur, ac malum cauere iuebant, impudenter respondisse, expertum se iam olim esse, omne id maleficium quinque thaleris luy posse, atque hos quinque thaleros se iam, antequam



tequam conuitium faceret, a reliquo patrimonio segregasse. Et indignati sunt saepe olim Jcti cordatiores, pugnas repentinas, prouocationes, singularia certamina durissimis poenis coercita, hos uero, qui iniuriis alterum laceffiuerant, & ad pugnandum atque uerberandum coegerant, impunes fere abiisse. Medelam tamen isti malo attulit rex noster in mandato saluberrimo *wieder die Selbst-Rache*, atque grauiores poenas in irrisores & conuitiatores fanciuit. Ceterum quam in aliis quoque delictis uilitas multarum contemptum legum excitet, exemplum Demadis comprobatur, de quo haec narrat PLYTARCHVS in uita *Phocionis*: Demades ingentes diuitias, sicuti quaesuit turpiter, ita luxuriose profudit. In quo quidem non necessitas, non ratio, non honestas, sed sola libido modum sumptibus statuebat, qui sibi laudem ex impensis non modo turpibus, uerum etiam patria lege uetitis, quaeritabat. Nam quum Athenis esset lex, quae peregrinum uetaret publice in theatro saltare, & mille drachmarum multa indiceretur ludi praefecto, qui saltatorem eiusmodi induxisset, Demades, quum ludos ipse pararet, tam poena, quam lege neglecta, centum & eo amplius magno undique studio conquisitos aduenas saltatores in theatrum admisit, millenasque pro singulis exsoluit drachmas.

### VIII.

**N**ondum ex hominum animis excessit memoria infelicissimorum temporum, quibus inter nobiles honestasque personas summe ignominiosum habebatur.

C

tur,


tur, de iniuria sibi facta apud magistratum queri. In  
 ipsis adeo academiis, si quis ex studiosis iuuenibus a  
 commilitone perulantissime lacesitus & vexatus re-  
 ctoris opem implorasset, digito ab aliis monstrabatur,  
 & a circulis & comporationibus excludebatur, tan-  
 quam turpissima macula adpersus. Sed isti quidem  
 malo medicinam aliquam attulere seuerissimae re-  
 gum principumque nonnullorum aduersus iniurias  
 & singularia certamina leges, uulnus tamen nondum  
 plene persanarunt. Quin inter eruditos etiam sunt,  
 qui, refugium hoc ad iudices & iudicia inhonestum  
 uiro literato esse, sibi persuadent. Certe, quem ego  
 in republica literaria inter principes uiros colloco,  
 BAYLIUS aperte literatis praecipit, ut se ad nobilium  
 opinionem conforment, & infamem reputent, qui  
 causam, quam ferro uel stylo decidi oporteat, ad tri-  
 bunalia trahant. Ita enim ille in *Dictionnaire historique  
 & critique art.* THOMAS lit. D. Il est moins honteux à  
 un dilecticien de faire la faute, qu'on appelle μεταβασις εις αλλο  
 γένος, donner le change, abandonner la question, &  
 se jeter à travers champs pour se saisir d'une autre  
 difficulté, qu'il n'est honteux à un bel Esprit, qui s'est baru  
 quelque tems avec sa plume, de la quitter pour se servir des  
 armes du Magistrat. C'est visiblement lâcher le pied, quit-  
 ter le champ de bataille, jeter son bouclier & son épée, pour  
 gagner plus promptement un asyle, pour s'aller cacher avec  
 plus de diligence derriere un autel. Je m'étonne, que Costar,  
 qui avoit tant de lumieres, n'ait point prévu, que sa conduite  
 seroit ainsi interpretée, & qu'on la compareroit pour le moins  
 avec celle d'un gentilhomme, qui dans une querelle d'honneur  
 auroit son recours au juge du lieu, & non pas à son épée.

Clari-

Clarius adhuc & significantius idem BAYLE in *arr. SCIOPPIVS* *lit. P.* postquam factum aliquod Scioppii his *Jani Nicii Erythraei in Pinacoth. I. pag. 241.* uerbis narraffet; *Cum de singulis, detrahendi gratia, maledice contumelioseque loqueretur, Gasparem uero Scioppium, qui in literaria Rep. in primis ordinibus numeratur, imi subsellii uirum, atque inter literatos proletarios, ut ita dicom, referendum esse aiebat; quem ille Scioppium, quoniam in quodam libello sua tempora, quasi literatis uiris non amica, modeste reprehenderat, coepit contumeliis omnibus lacerare, atque palam eum insanem, rudem, & omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum asserere, minitarique, se libro edito eius inscitiam palam omnibus facturum. At Scioppius misit illi, qui diceret, si sibi amplius molestus esset, non se pugnaturum cum eo eloquentiae doctrinaeque armis, sed dictis restium, ac sententiis iudicum, in publicas tabulas relatis, quibus Bononiae malorum facinorum argutus, euictus, ac condemnatus fuisset; his se armis curaturum, ut eius proiecta ad detrahendum bonis uiris audacia infringereetur, ac retunderetur. His auditis, a scribendi contra illum sententia destitit, seque tantum intra uerba continuit; sic de eo iudicat: On peut regarder cela comme une disgrâce bien mortifiante pour Scioppius. A proprement parler Zoilus Ardelio triompha de lui; car dès qu'un homme de lettres dans une dispute d'érudition a recours aux Magistrats, aux sergens, & aux procureurs, c'est une marque, qu'il se dese de sa plume, & de sa science. Il change l'état de la question, il fuit le combat, il n'ose aller sur le pré avec son antagoniste. Ego quidem uanitatem gladiatoriae istius opinionis inter armatos receptae agnosco & improbo, eruditos uero, qui in certaminibus literariis ad magistratus recur-*

runr,

C 2



runt, gloriae suae plerumque officere, ipse credo. Rixae profecto eruditorum nec inutiles sunt, nec indecorae. Egregie CICERO in *Tusculanarum disputationum lib. 2. cap. 2.* *Tantum*, inquit, *abest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus: in ipsa enim Graecia philosophia tanto in honore nunquam fuisset, nisi doctissimorum contentionibus dissensionibusque uigisset.* Hunc ego Ciceronis de philosophia locum ad theologiam & iurisprudentiam trahere soleo, ac, scripta *πολεμικά* in scholis & academiis non recte prohiberi, credo. Immiscetur quidem illis nonnunquam aculei & dentata uerba. Sed nec hoc prorsus indecorum est, si modus feruetur. Iam olim ill. praefes meus in *dissert. de Logomachiis in iure s. u.* in doctis concertationibus modum inter frigidam modestiam & furiosam maledicentiam feruari mediamque uiam teneri iussit, ne, dum nimis modestiae studes, in stuporem incidas. Absona dixit scripta, quae nullo prorsus adspergantur sale, & frigida illa ingenia magnarum rerum incapacia censuit. Consentit CICERO *lib. 1. de Finibus cap. 8.* *Dissentientium*, inquit, *inter se reprehensiones non sunt uituperandae. Maledicta, contumeliae, rum iracundiae, contentiones concertationesque in disputando pertinaces, indignae mihi philosophia uideri solent.* Quae quum ita sint, disputationes eruditorum etiam falliores a magistratibus tolerari posse, existimo, ac BAYLIO in eo adsentior, quod disputator de aculeatis aduersus se libellis querelas ad magistratum deferre confestim non debeat, & si id faciat, in suspicionem diffidentiae de se ipso incidat. Nolim tamen, quis autemet, me maledicam doctorum quorundam in literatis litibus procacitatem

cacitatem probare. Damno hanc, & iudici ultionem ex officio praecipio, quin & parti laesae querelam in iudicio permitto; dummodo ipsa in societatem criminis non uenerit. Nulla forsā fuit foedior unquam in orbe literato pugna, quam quae inter PVFENDORFFIVM & aduersarios eius ac satellites pugmata fuit. Sic enim ille & hi, qui contra ipsum scripserunt, in se inuicem debacchati sunt, ut omnem conuitiandi, obiurgandi, maledicendi materiam exhaustisse uideantur. Omnia sibi scelera, quae excogitari poterant, ueneficia, adulteria, latrocinia, insidias uitae structas obiecerunt. *Moechos se, carnos diabolos, sicarios, Asinos Tenebriones*, &c. uocarunt. Nec ingeniosa omnia erant. Ex triuio & gynaeceo abiectissimas loquendi formulas petierunt, quibus suam uxorumque suarum famam inuicem lacefferent. Ac ne quid lutulentis his & spurcis disputationibus deesset, confugit utraque pars ad tribunalia, & proscriptiones, interdicta, poenas in inimicos poposcerunt obtinueruntque; recte forsā, si ea, quae hoc impetrauit, ipsa a maledictis abstinuisset.

IX.

**R**etorsiones iniuriarum rex noster sapientissime sustulit ac prohibuit *in Mandato wider die Selbst-Rache* §. 22. Neque enim eo opus est amplius, postquam hi, quorum fama per iniurias laeditur, sine omni sumptu & molestia per simplicem delationem id consequuntur, quod olim longa ac sumptuosa actione flagitabatur, & aegre tamen obtinebatur. At enim uero in iis locis, in quibus causae iniuriarum

secundum ueterem iudiciorum formam magnis ambagibus & impensis tractantur, remedium retorsionis utiliter ac pie adhibetur. Certe retorsionem iniuriarum legitimum aliquod defensionis genus esse, Io. Georgius II. Elector Saxo in *Decisione 85.* credit, ac iustitiam eius & utilitatem multi, quorum nomina & argumenta operose collegit STRVIVS de *Vindicta priuata toto capite 10.*, tuendam susceperunt. Inter quorum argumenta tamen non reperiō id, quod mihi praecipuum uiderur, nempe, ut uerbis VLPIANI in *L. 4. §. 1. de Alienatione iudicii mutandi causa* utar, uerecundam cogitationem eius, qui lites exsecratur, non esse uituperandam. Scilicet, qui iniurias eo animo retorquet, ut existimationem suam contra conuictiorem sine lite & molestia iudicii tueatur, nec, si fileat, apud alios in suspicionem agnitae contumeliae ueniat, aliquo modo excusari potest, atque saltem aduersario suo magis parcat, quam, qui iniuriarum agit. Profecto si quid etiam ultionis huic remedio inest, minus tamen inest, quam ordinariae actioni iniuriarum. Ceterum, qui retorsionis nostrae iustitiam defendunt, id tamen desiderare solent, ut ea extraiudicialiter fiat. Quod cur desiderent, non uideo. Mallem ego, ut retorsio, ubi permissa est, semper iudicialiter fieret, hoc est, iudici insinuaretur, & per hunc porro alteri parti significaretur. Facit, ut sic sentiam, Paulus, qui in *L. 176. pr. de Regulis iuris: Non est, inquit, singulis concedendum, quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi.* Quare recte ICTI Vitembergenses mense augusto anni 1695. Io. Conrado Schaden responderunt: *Es hat derselbe*

selbe darinnen, daß er die Retorsion vermittelst gerichtlicher Insinuation eingegeben, nicht verstoffen.

X.

Quod supra in §. V dixi, posse ac debere iudicem delatas ad se iniurias ex officio cognoscere & punire, eousque uerum est, ut delator inuitus, causæ sese immiscere & sumptus ferre, cogi non possit. Neque enim uideo, quamobrem delator in causis iniuriarum deteriore loco esse debeat, quam in aliis, in quibus eum ab impensis liberant DD. apud LVDOVICI in der Einleitung zum peinlichen Proceß cap. 1. §. 10, qui tamen in cap. 12 §. 20 limitationem addit, nisi delator suo periculo & sumptu inquire petierit. Quae limitatio dubium uix habet. At aliam magis necessariam addi oportuisset, nempe, dummodo delator delationem suam satis instruxerit iudicique idonea ad inquirendum argumenta suppeditarit. Quodsi enim id non fecit, magistratus illum liti immiscere & parte quoque sumptuum onerare potest. Sic ICti Helmstadiensis mensē februario anni 1710 ce XVIII. responderunt: Ist bey Sr. Hochgräfl. Gnaden in Rahmen der Schneider- und Leineweber-Zimmungen eine Iniurien-Klage wider den Inspectorem übergeben, und darinnen, als ob er sie öffentlich pro concione Diebe genennet, denunciiret worden. Entstehet demnach die Frage, ob beyde Zimmungen sich bey Prosequirung ihrer Denunciation per syndicos zu legitimiren schuldig seynd. Wenn nun gleich vorgeschüget werden mögte, es sey durch die geschehene Denunciation die Sache einmahl dem Gräfl.

Gräfl. Consistorio übergeben, mithin selbiges schuldig, solche ex officio fortzusetzen, und könne Denuncianten, den Proceß zu prosequiren, und sich dabey zu legitimiren, nicht angemuthet werden. Allhierweil aber die Denuncianten bey der vermeintlichen Denunciation gar nicht solche Argumenta und Zeugnisse an Hand gegeben, daß daraus die Sache ex officio instruiret und prosequiret werden könnte, sich mithin dieselbe ordentlich fortzusetzen und den Grund ihrer ohne des auf privat Satisfaction gerichteten Suppliche zu erweisen nicht entbrechen mögen, demnach die übergebene Denunciation vielmehr vor eine würckliche Iniurien-Klage zu halten ist, inmassen sie auch von dem Hochgräfl. Consistorio in der That dafür angenommen, und deshalb Herr Denunciate mit dem Gegentheile darüber zu handeln vorgeladen worden; So müssen beyde Innungen sich bey Prosequirung ihrer Denunciation per Syndicos legitimiren. Neque aliud in Saxonia obtinet. Quamvis enim in dem *Mandat wider die Selbst-Rache* §. 23 constitutum sit; der *Denunciant* soll mit Verlegung einiger Unkosten nicht beschwehret werden; hic §. tamen sese ad praecedentem refert, in quo haec habentur: Eine bloße *Denunciation* von Seiten des *Iniuriati*, mit Anführung nöthiger Umstände, auch Beyfug- und Anziehung derer zur Sache dienenden Schrifften, oder Benennung derer Zeugen, so mit zugegen gewesen, oder sonst davon Wissenschaft haben.



XI.

Iniuriam passi plerumque honoris sui reparationem  
 I exigunt, id quod pietati christianae & iustitiae etiam  
 conuenit. Eius reparationis tres gradus fecerunt  
 J Cti, quorum primus recantatio, seu reuocatio, alter  
 deprecatio, tertius declaratio honoris uocatur. Quem  
 ex iis decerni oporteat, certis regulis comprehendi  
 nequit, sed ex arbitrio iudicis pendet. Narrauit mihi  
 illustris praeses, se iuuenem ex illustri J Cto quaesiuisse,  
 quid in collegio, cui ille praesidebat, spectari soleret,  
 ac responsum tulisse; solere collegium, si actor digni-  
 tate superior, reus inferior sit, reuocationem, si am-  
 bo pares, deprecationem, si reus actorem dignitate  
 antecedit, declarationem honoris decernere. Quae  
 obseruantia etsi saepe locum inueniat, perpetua ta-  
 men esse nequit, quum circumstantiae, quae quoti-  
 die in factis interueniunt, iudicem subinde ab illa re-  
 cedere cogant. Profecto reus, qui summa dignitate  
 eminet, difficulter ad deprecationem, nedum ad re-  
 uocationem, adigitur. Satius ergo est, simplicem  
 eius declarationem accipere, quam irritis conatibus,  
 nos ei cogendo impares esse, ostendere. Equidem,  
 si LVDEWIGIO in *Auream Bullam tit. 1 s. 24 lit. b.* cre-  
 dimus, illustrissimum recantationis exemplum Caro-  
 lus Ludouicus Elector Palatinus dedit, qui Electori  
 Boico legatoque eius, in cuius os uas atramento ple-  
 num in confessu Electorum coniecerat, sic satisfacere  
 rit. At enim uero illa, quae Palatino a collegis  
 praescripta fuit, formula nihil, quod recantatio-  
 nem sapiat, continet, ac uix deprecatio dici po-  
 test. Excerptemus eam ex *Theatri Europaei 20-*

D

110

mo VIII pag. 433 : Nachdem die Chur-Bayerischen Gesandten, auf genugsame *Legitimation*, sich erkläret, daß die Chur-Bayerische *Reprotestation* keine andere Meynung und Verstand gehabt, als der Chur-Pfälzischen *Protestation* zu begegnen, und Chur-Bayern und Dero Chur-Hauses Recht zu schützen, also bey der *Reprotestation* keinen *animum iniuriandi* gehabt haben; Als vermeynen die übrigen Herren Chur-Fürsten, und die Chur-Brandenburgische Gesandten, daß Chur-Pfalz, ohne *Praecuditz* dero *Reputation*, sich folgender gestalt erklären könne: Daß, nachdem Chur-Pfalz dafür gehalten, daß die Chur-Bayerische *Reprotestation* zu ihrer Verschümpffung gemeynt gewesen sey, nun aber vernähme, daß Chur-Bayern eine solche Meynung nicht gehabt; So seye Ihro leyd, was ihres Theils vorgegangen, und begehrten mit Chur-Bayern in Freund-Vetterlicher Verstandniß zu stehen, wann dieselbe dergleichen thun. *Alio exemplo, quam difficulter quamque ambiguus uerbis soleat a principibus uiris deprecatio extorqueri, GRAMMONDVS historiarum Galliae lib. 8 in fine pag. 407 sq. ostendit: Inter Cardinalem Guisum & Ducem Niuernum controuersia erat in magno (quod uocant) Consilio. Niuernus defensionis caussa suo libello quiddam de Cardinale Guiso adscripserat, unde offensum se Cardinalis indignatus, obuuium forte aduersarium in domo Guineri (is iudex & relator erat) primum uerbis aggreditur, excipientem fortiter pugno caedit coram iudice: Ioinuilius, Cardinalis Guisii frater, (is tum forte aderat) uagina ferrum exerit, Marescorumque,*

tumque, libellorum supplicum in regia magistrum, Niuerni negotia ex regis permissu procurantem, ense ferit, ludibrio magis, quam caedi. Diluendae iniuriae parabat Niuernus singulari certamine cum Ioinuillio experiri, cum rex, legitimus inter principes arbiter, suprema autoritate intercedens, finem dissidio facit inter cognatos principes: in Marefcotum offensa diluitur, proloquente coram arbitris Ioinuillio, in haec ipsamet uerba: Domine Marefcote, contemplatione Ducis Niuerni doleo, quod te percusserim, oro, ut facti obliuiscaris, meque tibi amicum fore credas ex persona eiusdem Ducis. Principum per ea tempora summa erat ratio, affectabantque distingui ab omni ordine, praerogatiua sanguinis. Per iniuriam Ioinuillius percusserat magistratum, & ait, dolere se ex persona Niuerni, quod percusserit, quasi adeo infra positus, in quem collata offensa, ut gratis caedi posset. Erat haec labes eius aetatis. Quae tamen in principibus ac illustribus uiris occurrit difficultas, minor in aliis, quantumuis laeso superioribus, reperitur. Itaque J.Ci Vitembergenses mense aprili anni cIo Io CCIX Licentiatu cuidam, cui tamen, a magistratu suo calumniose laceffito, contra hunc ad recantationem agere permiserunt: Hat der Rath wider den Herrn bey Königl. Maj. unterschiedene Schreiben eingegeben, ihn auch darinnen mit sehr harten Bezüchtigungen und Iniurien angegriffen. Wannhero er, ob der Rath dieserhalben dem Herrn durch öffentlichen Widerruf Satisfaction zu thun könne angehalten werden, berichtet seyn will. Alldieweil nun der Rath in den sub J. K. L. beygefügten Schreiben den Herrn sehr harter delictorum, als Verleumdung, Unverschämtheit, Aufwiegelung des Volcks, Lügen, die

der Lügen-Teufel nicht ärger ausfinden könne, bezüchtiget, und aber, dessen Vorgeben nach, nicht ein Wort davon behaupten kan; So mag der Herr den Rath zu Gottendorff, daferne sie die in dem beygelegtem Schreiben enthaltene Beschuldigungen nicht erweisen mögen, auf Wiederruff wohl belangen.

## XII.

**F**inita in caussis iniuriarum per sententiam lite, exsequutio ipsa decretæ recantationis, deprecationis uel declarationis, nouam litem fuscitare solet. Controuertitur nempe, an & quousque praesentia tam actoris, quam rei, necessaria sit. Et ex parte actoris quidem facilius procurator admittitur, qui tamen speciali ad recipiendam istiusmodi satisfactionem mandato instructus sit, oportet. Generale ad totam istam caussam datum non sufficit, arg. *L. 86 de Solutionibus*. Acrior est controuersia de reo. De hoc WERNHERVS *P. 1 Obseru. forens. 30 n. 1: Regulariter, inquit, declaratio non minus ac deprecatio, nec non palinodia, ab illo ipso, qui iniuriam inulit, in persona, ut loquuntur, facienda est, ut is, qui iniuriam passus est, de mutato alterius animo, melioreque de se opinione, hoc certior reddatur, atque adeo facilius rancorem dimittere, ac animum suum tranquillare possit*. Ego, si quid mihi licet, contra: Regulariter, inquam, reus, nisi uel lex singularis, uel sententia iudicis praesentiam eius desideret, per procuratorem & reuocare, & deprecari, & declarare potest. Ipse me, ut sic sentiam, mouet WERNHERVS, dum *sq. n. 2* fatetur, id, quod de personali comparitione

partitione dicit, lege expressa cautum non esse. Et postea quidem in Saxonia rescripto regio ad Collegia iuridica 17 nouemb. anni 1719 dato deprecationem per mandatarium interdictam fuisse, KRAVSIVS in *Processu iudiciario lib. 2 cap. 1 §. 22* testatur. Vbi uero istiusmodi lex non adest, in regula iuris, quae in causis priuatis, etiam famosis & maximi momenti, procuratores admittit, *L. 1 An per alium causae appellatio- num, L. 26 C. c. 5 X. & cap. ult. in 6 de Procuratoribus*, manemus. Sed, ais, necessaria deprecantis aut declarantis praesentia est, ut iniuriam passus de mutato alterius animo melioreque de se opinione hoc certior reddatur. Optimus hic finis est, qui tamen per praesentiam partium tantum abest ut obtineatur, ut potius submoueat. Plurimis reuocationibus & deprecationibus a iudice decretis exactisque illustris praeses interfuit. Vix ulla ex iis animo uultuque liberali facta est. In plerisque reus, postquam subterfugia omnia sibi obstructa uidit, fecit tandem, quod facere necessum erat, cantauitque formulam sibi praescriptam, sed oculis furore ardentibus, auersa facie, ac lingua balbutiente, ut odia aucta, non imminuta, luculenter apparent. Ego itaque ex hac ipsa ratione mallem, ut procurator in deprecationibus & declarationibus semper adhiberetur. Vera profecto causa, propter quam actores, iniuriam passi, procuratorem aduersarii admittere tanta contentione detrectant, est, quia aduersarium, qui ipse comparere cogitur, magis adfligi ac dolere credunt. Cui intentioni an sit indulgendum, ex iis, quae supra diximus, haud difficile apparet. Quibus probe consideratis, JCTi

Helmstadienes mense octobri anni c1o 1o CC  
XXIV deprecationem etiam in scriptis admiserunt:  
Daß es zwar, der eingewandten Reuerung ungeach-  
tet, bey dem am 21 May 1722 eröffnetem Urtheil zu  
lassen, Beklagtem jedoch die Abbitte und Ehren-  
klärung schriftlich zu thun vergönnet sey. D. R. W.

### XIII.

**R**ex in dem *Mandate wider die Selbst-Rache*  
nonnullis casibus deprecationem positus in ter-  
ram genibus fieri iubet. Non est quidem inter hos  
casus iniuria parentibus illata. Attamen non erraue-  
rit iudex, qui filium in parentes iniurium ad hoc ade-  
gerit. Factum id per sententiam a Scabinis Lipsien-  
sibus, animaduertit illustris praefes, ac ipse subinde  
decidendo imitatus est, non solum quum re, sed &  
quum uerbis iniuria facta fuit. Omnis quippe iniu-  
ria parentibus illata a IVSTINIANO in *§. 9 l. de In-  
iuriis* inter atroces refertur. Nec potuit aliter chri-  
stianus imperator. Atrocissima est, ac mortis poe-  
nam meretur. Certe, ne quid dissimulem, saepe  
mihi dubiam traxit sententia mentem, liceatne magi-  
stratibus ac JCtis, ultimum supplicium, ad quod ius  
diuinum liberos parentibus iniurios damnat, remitte-  
re. Equidem ad loca ueteris testamenti, *Exod. XXI,*  
*16, Leuit. XX, 9, Deuter. XXI, 18 sqq.* facilis responsio  
est, istas leges ad solam Ebraeorum rempublicam  
pertinuisse. At enim uero Christus illas *Matthaei XV,*  
*4,* repetiit & renouauit. Graue hoc dubium sic re-  
mouent theologi Ienenfes apud GRVBELIUM in *Ap-  
pendice noua Consiliorum Dedekeno-Gerberardinorum pag. 783:*  
Was

Was das Gesetz von der Straffe, so den ungehorsamen Söhnen verordnet, anlanget, so hat es mit demselbigen, weil es im neuen Testament zwar von Christo repetiret, und wider seine Feinde die Schriftgelehrten und Phariseer angezogen, aber darum nicht der Obrigkeit zu halten anbefohlen wird, ebenmäßige Beschaffenheit, wie mit den andern Mosaischen Policey-Ordnungen. *Adquiescam facilis. Vnicus tamen scrupulus superest. Christus nempe Pharisaeis uers. 3 & 6, quod legem hanc dei negligent ac eludant, exprobrat, atque adeo eam non allegat saltem, sed etiam probat.*

#### XIV.

Quamuis in personis uillioribus facilius uideatur ad recantationem & deprecationem condemnatio, difficillima tamen nonnunquam exsequutio redditur, reo summa obstinatione satisfacere recusante & extrema potius subire parato. Remedium pro tanta contumacia coercenda carcerem squalidiorem praecipit rex noster gloriosissimae memoriae im *Mandate wider die Selbst-Rache §. 3*, nec tamen alia aequae commoda excludit. Certe aliquorum tanta peruicacia est, ut nec carcere frangatur. Tum durioribus adhuc remediis opus. Sic ergastulum discerni posse, non dubito, quod Icti Vitembergenses mensē maio anni 1615 cc IX in muliere pertinacissima adhibuerunt: *Daß Sabina Langin gestalten Sachen nach zu Leistung der ihr zuerkandten gerichtlichen Abbitte und Ehren-Erklärung durch Arbeit im Zuchthause billig anzuhalten. B. R. W.*

R. W. Et Icti Helmstadiensis mense septembri  
 anni c1o 1o cc XXII rusticum, qui magistratum suum  
 calumniatus erat, ut os sibi ipse uerberaret, ac, detre-  
 ctante eo, carnifex id faceret, damnarunt: Hat ein  
 Bauer, Namens Petrus, den beendigten Richter zu  
 Bresenhausen, daß er sich von seinem des Petri Con-  
 trapart, dem Paulo, bestechen lassen, beschuldiget, sol-  
 ches aber nicht allein im geringstem nicht erwiesen, son-  
 dern Paulus hat noch darzu das Contrarium endlich  
 bestärcket, und der Richter sich zum Eyde offeriret,  
 wannhero zu wissen verlangt wird, wie Petrus we-  
 gen solcher Beschuldigung zu bestraffen sey: Weil  
 nun das dem Richter beygemessene Delictum von  
 grosser Wichtigkeit ist, und von Herzog Iulio mit  
 unter die peinliche Fälle gerechnet wird, folglich die-  
 se Beschuldigung eine der gröbsten verbal-Iniurien  
 ist, und durch die Qualität des Iniuriati, als der Obrig-  
 keit vom Iniurianten, nicht wenig aggrauiret wird,  
 auch andern obrigkeitlichen Personen daran gelegen  
 ist, daß dergleichen Calumnianten durch eine etwas  
 eclatante Straffe von solchen ungegründeten Beschul-  
 digungen abgeschreckt werden; So wird Petrus vor  
 öffentlichem Gerichte gestellt, und durch Bedrohung,  
 daß es sonst der Scharff-Richter thun solle, sich selbst  
 auf das Maul zu schlagen und seine ausgestossene  
 Schmähungen zu widerruffen, angehalten, über-  
 dies drey Wochen lang im Gefängniß mit Wasser  
 und Brodt gespeiset, auch zu Erstattung aller verur-  
 sachten Unkosten angehalten.



# PRAESES CANDIDATO SVO SALVTEM.

**A**RETISSIMA, quae inter Vitembergam nostram & Lipsiam tuam intercedit, necessitudo non uno sed pluribus uinculis constringitur. Communis parens, princeps & altor, idem solum, similitudo studiorum, pactum foedus, ut eosdem hostes exulesque habeamus, commercium quasi quotidianum, id iam diu effecerunt, ut ambae academiae non sorores saltem esse uideantur, sed unum corpus eademque persona. Quae quum ita sint, tu, Candidate nobilissime, etsi in patriae tuae sinu educatus optimisque studiis nutritus, nobis tamen alienus non es, sed alumnus etiam & ciuis noster. Ergo, quod respublicae & ciuitates summe amicae in signum concordiae & coniunctionis suae facere solent, ut altera alterius ciues honoribus & ornamentis, quae exquisitissima habet, decoret, id eo lubentius in te facimus, quem, ut dixi, inter nostros collocamus. Equidem subuereri poteramus, ne Lipsia & nobis & tibi succenseat, quod, quae ipsa tibi libens tribuisset, a nobis suscipis. Verum non iusta haec indignatio, sed inuidia foret, quae in magnos animos non cadit. Et, ne quid dissimulem, optarem ego, ut subirasceretur suis se in paria negligi queritur, fecit, ad nos extruderet. Est haec academiae Lipsiensis laus praecipua & gloria peculiaris, quod summa ingenia non aluerit solum & doctrina perpoliuerit, sed & tanquam colonos in alias academias ablega-


rit.

QNTK 3894

garit. Paucae sunt profecto aut nullae in Germania & Belgia academiae, quae non inter lumina & ornamenta sua alumnium Lipsiensem, uel uiuum adhuc, uel defuncti imaginem, ostendent. Sed nulla magis, quam Viremberga nostra, exuuiis uestris collupletata est. Ad ipsum, quod ego nunc gero, praesidis ordinarii in collegio iurconsultorum munus, qui olim maxime exornarunt, Lipsienses fuisse, ZIEGLERVS, BERGERVS, WERNHERVS. Omitto alios nominare, ne adulari uidear. Quam uellem ergo, ut & te auferre ac nostro choro inserere liceret. Extorquerem profecto te patriae, & ingratiis eius ad nos attraherem, si quid ponderis preces meae & commendationes in aula & suffragium in hac academia haberent. Nunquam mihi candidatus in consuetis apud ordinem nostrum colloquiis plenius satisfecit. Versaui te in omnes iuris, tam publici, quam priuati, partes, quaestiones quoque ex elegantiore literatura immiscui. Et, quum ad omnia mirifice responderes, desitiri tandem cunctis audientibus hoc epologo: Nusquam te hospitem reperio. Non eris ergo, quod de adolescentibus magnae spei ex illustri gente oriundis augurari soleo, sed es iam MENCKENIVS, nec opus habes, ut tibi Ouidianum illud ingeram:

Saepe tibi pater est, saepe legendus auus.  
Prope eos iam consequutus es, & si uestigia paulo urges, aequabis. Ceterum scriptum hoc, quod me praesidente rueberis, elogio meo non indiget. Ambo in eo elaborauimus, dissentimus etiam in nonnullis capitibus, ac per literas inuicem disputauimus. Suggesti ego imprimis iudicata & responsa, sed tamen in quibusdam tibi cessi, aut explicationem admisi.

Gratulor ergo hoc specimen, oproque, ut per id etiam laudes tuae amplificentur. Vale. Virembergae XI. Kl. Septemb. anni cIo Io cc XXXIII



Handwritten initials or mark in blue ink, possibly 'M.C.'



ULB Halle

3

001 972 219




VD 28

Pou PK 3894, AK







*B. N. II 318.*  
*h. 68, 5.*

1  
II.K  
3894

*Q. D. B. V.*

**PIETATEM  
AC IVSTITIAM  
REMEDIORVM**

CONTRA

**INIVRIAS**

SOLEMNI DISPVATIONE

**PRO OBTINENDIS SVMMIS IVRIS-  
CONSULTI HONORIBVS**

PRAESIDENTE

**AVGVSTINO LEYSERO**

POTENTISS. PRINCIP. POLON. ET ELECT. SAX.  
A CONSILII AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII  
ECCLESIASTICI DIRECTORE ET ORDINIS  
IVRIDICI ORDINARIO

PVBlice

XIV KALENDIS OCTOBRIBVS ANNI *MDCCCXXXIII*  
HORIS MATVTINIS ET POSTMERIDIANIS

**E CATHEDRA MAIORE**

TVEBITVR

**FRIDERICVS OTTO MENCKENIVS**

LIPSIENSIS

BONARVM ARTIVM MAGISTER.

*WITTEMBERGAE. EX OFFICINA EICHSFELDIANA.*

15-

